



V, 82.

2.417a



AN CATEI RE M  
152

CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XXI

---

ET. VT  
QVEM. PRAESAGIT. ANIMVS. ANNVM  
**ALMA. TOTIVS. ORBIS. PACE**  
EXOPTATISSIMVM

Q. F. F. Q. S  
**POST. CHRISTVM. NATVM. CICICCLXI**  
EIVS. DIE. SECUNDA  
EX. QVO. MATVTINA. SACRA. ERVNT. FACTA.  
*IN. CVRIANO.*  
CVM. MVSIS. IN. ILLVD. REDEVNTIBVS  
**PATRONI. FAVTORES. AMICI**  
AVSPICATO. INCIPANT  
QVO. PAR. EST. CVLTV  
ROGAT  
*ATHENAEI. RECTOR*  
**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS. A. M**  
CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIA  
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC  
HONORARIVS

---

*CVRIAEC. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP*

## Intersectio II.

## QVI HERMVNDVRORVM TERRAE FINES CIVILES?

## Particula III.

## Index dictorum.

§. XVII. Ab SEMNONIBVS?

## §. XVII.

Quod si autem, quos hac tenus adiimus, non omnibus omnes 1.) HERMVNDVRIS meis ad latus ponere conueniat, conuenerit tamen iam nominandos. lunguntur enim 2.) praefecto legatoe 3.) exercitus Romani a Tiberio cum signis perducti. 4.) Plerique priorum 5.) dederunt SENNONES, in quorum locum curatiores, vt videri volunt, 6.) substituerunt SEMNONES. 7.) Anquisiuerunt de nominis originibus. Aliae aliis arriserunt. Fuerunt, qui extra patriam eas quaeſiuerunt. Arcesunt 8.) a σερψος, quod sit a σελεω, 9.) forte, quia SEMNONES numen diuinum tam religioſe coluerint, 10.) vt illo statuto tempore in siluam auguriis patrum et prisca formidine sacram omnes eiusdem sanguinis populi legationi-

1.) Exserunt enim se dubia quædam §. VIII, XI, XII, Particulae II, et §. XIII, XIV, XV, et XVI, Particulae III.

2.) Ut iam animaduerit Cluverius in German. Antiq. Lib. III, Cap. XXV.

3.) Quod de se profitetur Velleius Paterculus Hist. Roman. Lib. II, Cap. CIII, n. 3.

4.) Eodem teste Cap. CVI, n. 2.

5.) Ceu iam ante me obseruatum Puteano, Aldo, Schegkio, Vossio ad Velleiana posteriora, Freinsheimio ad Flor. Lib. I, Cap. XIII, n. 19. Dithmaro ad Tacit. Germ. Cap. XXXVIII, nota 3. Spenero in Notit. German. Antiq. Lib. V, Cap. V, §. I.

6.) Qui tamen Cl. Beemannio in

Hist. March Brandenb. Tom. I, Part. I, Cap. II, §. V. tales non videntur, quin a Graecis profectos autem, quibus sunt σερψοι in mente.

7.) Ex edicto Cluverii in German. Antiq. Lib. III, Cap. XXV.

8.) Cum Melanthone in Carionis Chron. Lib. III, p. 222.

9.) Cum Cureo in Gent. Silef. Annal. p. 4.

10.) Interpretibus Cureo et Lucae in Silef. Memorabil. Part. I, Cap. II, p. 21.

11.) Cuius auctor est Tacitus de Sit. Morib. et Pop. German. Cap. XXXVIII, n. 2,

tionibus coierint, caesoque publice homine 12.) celebrarint barbari 13.) ritus horrenda primordia, existimantesque regnatorem omnium deum, cetera subiecta atque parentia esse. 14.) Alii 15.) existimarunt, 16.) quia noui venerunt ex Transalpina regione, et primum adpellatos esse *zivous*, post ea SENONES. Alii in septemtrionem pergunt in Scandinaviam illam gentium vaginam, SEMNONVM nomen in *Sannia* quaerentes, 17.) quod adhuc Suecis cogere significat, atque opinantes, corundem, vestigia esse in luco *Sennewald* haud procul Vpsalia, fere ut alias 18.) in *Semana* filua illa Thuringorum. Cum vero SEMNONES *je* vetutissimos nobilissimosque *Sueuorum* memorarunt, 19.) in *Sneigs*, quod Gothis *senex*, adpellationis rationem inuenisse, est, 20.) qui sibi persuasit. Qui hoc non contenti, pe-  
tant 21.) ex Gothorum eorundem *Zeme* 22.) siue 23.) Sarmatarum finitimerum *sema*, quae *terram* indicant, vnde *zenniani* quasi *terricolae* ad differentiam *Sueonum* ad mare degentium sic adpellati, quod terrarum esent non *maris* incolae ac domini, 24.) Hinc 25.) *Zemmo-*  
nes,

F f 2

12.) Ni Graecia mendax, quae visa de *Αγρωποθυσίας* olim scribenti.

13.) Si barbari, a quo criminis eos vindicavi in meis *Αγρωποθυσίας* Originibus.

14.) Quae posteriora etiam Cornelii n. 5.

15.) Cum Verrio apud Festum v. *Senonas*. De hoc conferas notam ad Brittonum Hist. Vniu. Terr. Orb. Baumgartenianam Tom. XVII. Lib. IIII. Cap. XIII. §. VII. p. 14.

16.) Quorum index Wachterus in Gl. German. Tom. II. p. 1514.

17.) Cum Rudbekio in Atlantic. Cap. XXIII. Part. I. p. 599. seq. sed valde suspecto, ut monuit Steffensius in Hist. Prisc. Incol. Teuton. Cl. III. p. 197. seq. nota o).

18.) Qui est Iunkerus in Geograph.

German. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. IIII. p. 113.

19.) Si fides Tacito in German. Cap. XXXVIII. princ.

20.) Ex indicio Wachteri in Gl. German, cum sub *Elterman* Tom. I. p. 367. tum sub *Senones* Tom. II. p. 1513. seq. Conspirat Brittonum Hist. Vniu. Terrar. Orb. Baumgarten, in nota Tom. XVII. Lib. IIII. Cap. XIII. §. VII. p. 14.

21.) Duce Praetorio in Orb. Goth. Lib. I. Cap. V.

22.) Quod in Steffensii l. c. p. 198. perperam *Zenne* fuit scriptum.

23.) Wachtero p. 1513. et Cl. Be-  
manno in Hist. March. Brandenb.  
Tom. I. Part. I. Cap. II. §. VI. p. 35.  
non refragantibus.

24.) Quae satis facit Dithmaro ad Cornel. Gerin. Cap. XXXVIII. nota I.

nes, vnde mitius eloquentibus SEMNONES. 26.) Colebant autem in vniuersum terram patria lingua Heritham dictam Suevi. 27.) In specie 28.) SEMNONES in luce auguriis patrum et prisca formidine sacro ligati vinculo ingressi, vt minores et potestate numinis p[re]ferentes si forte prolapsi, cum ad tolli et insurgere haud licitum, per humum evoluebantur. Si haec non dum ad palatum tuum; fac periculum, an priscorum Teutonum sone, quae gregem designat. 29.) Eorum etiam magna grex, vt pote centum pagis habitabant, magnumque corpus officiebant SEMNONES. 30.) Vnde mirum non est, 31.) eumdem Germaniae populum nunc SENONES nunc SEMNONES adpellari, 32.) nec videtur 33.) necesse, alterutrum nomen corrigerere. Scribuntur 34.) SEMNONES, 35.) ΣΕΜΝΩΝΕΣ, 36.) ΣΕΜΝΟΝΕΣ 37.) non sine exemplo 38.) intra priscae Germaniae fines, cuius nationi Logionibus 39.) praefuit dux ΣΕΜΝΩΝ, 40.) Hoc nomen

25.) Ex conjectura laudati Beccmanni.

26.) Nihil autem in linguis frequentius τῶν Ζετ' S'permutatione, de quo dubitantem vel Analect Brandenburg, nostra Part VI, Cap. I, §. XIIII. nota 13. p. 238. seq. conuincant.

27.) Ut perhibet Tacitus Cap. XXXX, n. 3. eiusdem Germaniae, in quem plura supra Cap. II. Sect. II. Interf. I. §. IIII.

28.) Ut idem Cornelius refert Cap. XXXVIII, n. 2. et 3.

29.) Ut docuit Eccardus ad Paet. Leg. Salic, Tit. II. Leg. XI. p. 16.

30.) Ut testatus est Tacitus in German Cap. XXXVIII, n. 6.

31.) Wachtero iam nominato p. 1513. seq.

32.) Idem censent Mieraelius in Antiq. Pomeran. Lib I. Cap. XXX, atque Abelins in Hist. Pruss. et Brandeb. Part II. Cap. III. §. IIII. praeceun-

tibus Melanthone, Lipsio. Grutero, Sylburgio, item Generos, de Falkenstein in Antiq. et Memorabil. March. Brandenburg. Part. I. Cap. III. §. III. nota (a) p. 16. seqq.

33.) Ut visum Beccmanno nota 23. nominato.

34.) Ceu iam obseruatum fuit Celerario in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. II. §. XII. et Dithmaro ad Tacit. German. Cap. XXXVIII, nota 1.

35.) Tacito in Annal. Lib. II. Cap. XXXV. n. 1. et in Germaniae Cap. XXXVIII, n. 1. et 5.

36.) Straboni Γεωγραφ. Lib. VII. p. 446.

37.) Dioni Cassio in Elec. XXXVIII, et LXXI, atque Ptolemaeo Γεωγραφ. τόπησι, Lib. II. Cap. XI.

38.) Doctore Cluuerio in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXV.

39.) Quos iam propius confexi-

nomen ex σεμνῶς, quo modo ipse Tacitus dixisse dicitur, 41.) petere posset, 42.) qui relatum legit, 43.) auctoritatem adiecissem for tunam SEMNONVM, quia centum pagis habitantur, magnoque corpore effectum fuisse, ut se Sueorum caput credidissent. Idne effe cerit σεμνὸν τι 44.) siue nobile atque honestum? 45.) Memorabant 46.) autem ipsi SEMNONES se nobilissimos Sueorum. Inde vero non minus grauitas, 47.) iam 48.) Κανὼν ἐσίν ἀποστολῆς τῶν ταῦτη τὸ περὶ τὰς μετανάστεις εὐηγέρτεις διὰ τὴν λιτότητα τῶν βίου, - - ὅπου ἂν δοξῇ τρέπονται μετὰ τῶν Σοτημάτων. Nobilissimi autem Sueorum 49.) SEMNONES, 50.) Potuit igitur SEMNONVM fines Albis praeter fluere, 51.) et tamen 52.) Alpium cardinis illius populos inter Bren-

F f 3

nos

mus in huius Intersectionis II. Part. II.  
§. VIII.

40.) Zofimo 150g. Lib. I. Cap. LXVII. extr. memoratus, quem illustrant Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. V. §. IIII. p. 90. et Abelius in Continuat. Hist. Prusf. et Brandenb. Part. II. Cap. V. §. I. p. 389.

41.) Eius rei indice peritissimo Se cundo meo Lib. II. Epist. XI. n. 17.

42.) Quam nominis rationem teste Dithmari ad Tacit. German. Cap. XXXVIII. nota r. dudum respuit Praetorius in Orb. Goth. Lib. I. Cap. V.

43.) Apud Tacitum in German. Cap. XXXVIII. n. 5.

44.) Ab Christiano Theophilo Clugio Praefide Bergero Leucoreae ruinis belli praesentis funestissimi magnam partem sepultae anno circuncxxv. expenso ex Hermogenis disciplina.

45.) Quem in modum fuit interpretatum in Dithmari scholiis antea nota 42. indicatis, item Cel. Kustero in Antiq. Tangermundens. Cap. II.

§. VIII. p. 21. Generosis, de Falkenstein in Antiq. et Memorabil. March. Brandenburg. Part. I. Cap. III. §. I. nota (a) p. 15. Historia Vniuersi Terrarum Orbis Britannorum a Baumgartenio ad Teutones translata Tom. XVII. Lib. III. Cap. XIII. §. VII. p. 14.

46.) Teste Tacito, si idoneus, Cap. XXXVIII. pr. Germaniae suae.

47.) Εἰ δὲ οὐ σεμνότης μαλακὴ καὶ εὐσχήμων βαρύτης ex effato Stagiritae Ρητορι. Lib. II. Cap. XVII.

48.) Ut ut Strabonianis Γεω γραφ. Lib. VII. non XVII. qui in no tis Voshianis ad Velleum I. c. circum fertur, Almelouenianae p. 446.

49.) Ut testatur Caesar de Bell. Gall. Lib. III. Cap. I. n. 3.

50.) Quod est Cornelii de German. Cap. XXXVIII. princ. qui et n. 5. et Annal. Lib. II. Cap. XXXXV. n. I. aequo ac Ptolemaeus Γεωγραφ. ιφη γήσ. Lib. II. Cap. XI. eos in Sueis retulerunt.

51.) Quam oram iis adsignat Pa-

*nos et Vindelicos 53.) in Noricis agere. 54.) Huius non habita ratione forte nata gentis diuersa nomina 55.) Senones, Sceni, Scenni, Setones. Nec tam graue erratum 56.) eos inter Noricos et Alpinas ponentis. Sane si Claudii Drusi acta Tiberio fuerint acceptum relata, 57.) tantum abest, ut erratum, ut potius ex vero scriptum sit, 58.) Augustum per priuignum suum Claudium Dru-  
sum Brennos, SENONES atque Vindelicos perpacuisse. Hac via Velleiani et Annaeani SENONES SEMNONES in vnum conuenient. Iam quis praeter periculum horridi et ignoti maris Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam petet, informem terris, asperam caelo, tristem cultu adspectuque, nisi patria sit. 59.) Quid igitur obstat, quin SENNONES, sive malis, SEMNONES ex Germaniae Albina regione 60.) in Noricum, Galliam et trans Alpes migrauerint?  
61) HERMVNDVRORVM sedes potissimum angulus, quem Sala facit orientem versus, 62.) Hinc inter Sudetos 63.) et Langobardos SEM-  
NO-*

terculus Hist. Rom. Lib. II. Cap. CVI.  
n. 2.

52.) Ut memoriae prodidit Florus  
Rer. Roman. Lib. IIII. Cap. XII. n. 4.

53.) Quam Germaniae partem hi  
tenuerint, inuestigauit supra Cap. II.  
Sect. II. Int. II. Part. II. N. I. §. VI.

54.) Quo pacto, dabit responsum  
Schwarzius in Vet. German. Austria

Aetat. I. p. 10. nota 5. Fuerunt Auen-  
tino in Annal. Boior. Lib. V. Cap.  
VII. n. 32. in confinio Vindeliciae

prima secundaeque inter Isaram  
et Oenum SENONES, quam se-  
dem iam Lib. II. Cap. V. n. 4. dede-  
rat Flori SENONIBVS, qui flu-  
mini Senta fecerunt, quibus con-  
suetudo ob commoditatem dicendi,

ut sit, t litteram addiderit, quod  
quidem flumen idem Senonem ad-  
pelat Lib. I. Cap. II. n. 9. et Lib. IIII.

Cap. XXI. p. 10. nota 11. 62.)

55.) Obseruata ab iis, qui Annaeos  
codiees excusserunt, Grutero, Grae-  
vuo, Dukero.

56.) Quale quidem visum Dukero  
ad Florum.

57.) Cuius Velleium arguit Illu-  
stris Vir de Iussi de Expedit. Ro-  
man. per Germaniam §. XXIII. seqq.

58.) Loco paullo ante nota 44. no-  
minato.

59.) Quod est effatum politico-  
rum antesignani Taciti in German.  
Cap. II. n. 2.

60.) Quod tuetur prae reliquis  
Reinecius de Misen. Orig. p. 34.

61.) Cuius testimoniū dant Poly-  
bius 1509. Lib. II. Cap. XVII. et XXI.  
Strabo Γεωγρ. Lib. IIII. p. 298.  
et Lib. V. p. 330. Livius Hist. Rom.  
Lib. V. Cap. XXXV. n. 3.

62.) Quod infra Sect. II. patebit.

*NONVM*, 64.) hoc est, ex praesenti rerum statu in primis Saxonia et Marchia Transalbinae, 65.) vbi *SEMNONVM* vestigia sint 66.) reliqua in hunc vsque diem.

Quod

63.) De quibus satis supra Sect. I. Int. I. Part. III. §. IIII.

64.) De quibus proxime in sequentiꝝ.

65.) Consentient Althamerus, Willichius, Beutherus, Lacarius, Lippius, Leibnitius, Kirchmaierus, Vetterus, Iablonskius ad Tacit. German. Cap. XXXVIII. Melanthon in Chron. Car. Lib. III. p. 7. et Lib. IIII. p. 17. a Peucero continuato, Glareanus in Tacit. German. Cap. XXXVIII. in Schardianis Tom. I. p. 187. Melanthon de Vocab. Region. et Gent. Tacit. German. in iisdem p. 196. Pirkemius in German. Explic. ibidem p. 207. Crucius in Annal. Sueu. Part. I. Lib. I. Cap. III. n. 46. Albinus in Chron. Terr. Misn. Tit. III. p. 42. Tit. III. p. 58. Tit. XIII. p. 175. Curreus in Gent. Silef. Annal. p. 4. Spengenbergius in Chron. Mansfeld. Cap. XIII. Micraelius in Pomeraniae Antiq. Lib. I. Cap. XXX. p. 31. seq. Clauerius in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXV. Engelius de Brennopoly Marchica in Cel. Kusteri Collect. Op. sc. Hist. March. Illustr. Part. II. p. 41. Mercatorius in Atl. per Hondonium p. 283. Iobstius de March. Brandenburg. Cap. I. Entzelius in Chron. March. Cap. XIII. n. 5. Manilius in Comment. Rer. Lusat. Cap. V. §. I. in Hofmanni Script. Rer. Lusat.

Tom. I. p. 74. Zeillerus Itiner. Part. I. p. 61. Cap. II. p. 648. Cap. III. p. 112. Kunschkiius de Lusat. Sect. III. seqq. in iisdem Hofmannianis Tom. II. p. 297. Brechenmacherus in Notit. Sueu. Antiq. §. X. in Consultis. Wigelini Thes. Rer. Sueu. Tom. I. p. 75. Pregizerus de Regn. Gent. in Europ. Princip. ex Suevis Th. XXII. in eiusdem Thesauri p. 241. Cellarius in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. II. §. LXII. Arnoldi de Hermunduris §. VI. Lucae in Silef. Memorabil. Part. I. Cap. II. p. 21. Kirchmaierus de Witteberg. Saxon. §. V. p. 20. Hertius in Notit. Vet. German. Pop. Part. II. Cap. II. §. XXXI. Junckerus in Geogr. German. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. III. p. 113. Spenerius in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. V. §. I. nota (z) p. 86. Gundlingius in Hist. March. Brandenburg. Lib. I. Sect. I. §. V. p. 10. seq. Abellius in Hist. Prus. et Brandenburg. Part. II. Cap. III. §. II. et Geograph. Prus. et Brandenburg. Part. I. Cap. III. §. I. Eckhardus de Script. Rer. Iutreboe. Cap. III. §. XI. n. 54. Cel. Kusterus in Antiq. Tangermundens. Cap. II. §. VIII. p. 21. Beermannus in Hist. March. Brandenburg. Tom. I. Part. I. Cap. II. §. III. illustrissimus Comes Bunauius in Teuton. Imperat. et Imper. Hist. Tom. I. Lib. I.

Quod si autem haec SEMNONVM inde ex expeditione Roma-  
na non magis fuisserent adtrita, florerent adhuc, quae iam pene ad inci-  
tas redacta fuerunt saeva, quae ante quatuor et, quod excurrit, annos  
ibi surrexit Bellona omnibus late populis aspera atque exitiosa.  
Eius vero sortis acerbissimae testes tot locupletissimi ac certissimi  
saeppe in ipsum Curianum diuenterunt, ut vix caperet. Vel nu-  
perrime supra quadringentos de praefidio Prussorum Torgauensi  
et Wittebergensi occuparunt eius subcellia. Aliquanto post, cum  
aedes nostrae aduenis inopinatis abunde erant refertae, intercepie-  
bant iter in gymnasium trecenta Pannonicorum, quibus plurima cer-  
uix, torua facies, gloria frontis, cornua minacia, quae ne qui-  
dem bellum superiori seculo per triginta annos Germaniae fune-  
stum imposuit. Igitur, quod bene faxit Deus, illucescente prima  
die, qua lycei fores referat Ianus,

IOANNES TRAVGOTT GEMEINHARTVS Tribela Vogtsber-  
gensis Saxoniae bello profugus *reuvocabit Musas subinde exsules*  
*in Curianum vernacula vorfa.*

CHRISTIANVS GOTTFRID HERMANNVS Wiesentfeltafran-  
cus *rectum vertentis amii vsum exponet Romana prorsa.*

Ipse RECTOR iis pacem nuncupabit, quibus par est, ore Teutoni-  
co, ne quisquam expers voluntatis eius prolixissimae.

p. 33. seqq. Generofisi. de Falken-  
stein in Antiq. et Memorabil. March.,  
Brandenburg. Part. I. Cap. III. §. II.  
p. 16.

66.) Nisi caecutierint Crusius in  
Annal. Suev. Part. I. Lib. I. Cap. III.  
n. 46. Spangenbergius in Chron.  
Mansfeld. Cap. Xlll. Pregizerus de  
Regn. Gentib. in Europ. Princip. ex

Suev. Th. XXIII. in Wegelinianis  
Tom. I. p. 241. Spenerus in Notit.  
German. Antiq. Lib. V. Cap. V. §. I.  
p. 8. Gundlingius in Hist. March.  
Brandenburg. Lib. I. Sect. I. §. V.  
p. 11. Iulus in Cl. Becmanni Hist.  
March. Brandenburg. Tom. I. Part. I.  
Cap. II. §. V. p. 34.



Yb 4473

KD 18

ULB Halle  
006 302 904

3



2c



B.I.G.

Farbkarte #13



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XXI

ET. VT  
QVEM. PRAESAGIT. ANIMVS. ANNVM  
**ALMA. TOTIVS. ORBIS. PACE**  
EXOPTATISSIMVM

Q. F. F. Q. S  
POST. CHRISTVM. NATVM. CICOCCLXI  
EIVS. DIE. SECUNDA

EX. QVO. MATVTINA. SACRA. ERVNT. FACTA.  
IN. CVRIANO.

CVM. MVSIS. IN. ILLVD. REDEVNTIBVS  
**PATRONI. FAVTORES. AMICI**  
AVSPICATO. INCIPANT  
QVO. PAR. EST. CVLTV

ROGAT

ATHENAEI. RECTOR  
**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIUS. A. M**  
CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIA  
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC  
HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP